

3795 [=3576] bianco marmo di forma quadrangolare in tutte le quattro facciate scritto, alto palmi 6, grosso 2 VECCH.; basis nobilis ex marmore candido, quatuor lateribus scripta PRATILLI. — Ante ecclesiam S. Angeli HOLSTEN.; vicino al fonte di Piscinello in un cantone di muro antico VECCH. Deinde Casapullae apud Pellegrinum.

DIANAE || TIFATINAE || TRIVIAE || SACRVM

Holstenius ad Cluver. p. 252; Pellegrinus apud Gudium ms. 81, 14 (inde ed. Gudius 26, 7 male et in notis ad ed. 2 Grut. 315, 1); Vecchionius disc. IV in excerptis Pratillianis f. 6; Pratilli p. 44. 278. Henzen 5707.

Ubi incipias, ex ipso lapide non patuisse apparet, unde Pellegrinus et Vecchionius a verbo 4 procedunt ad 1. 2. 3, peius Holst. sic ordinavit: 1. 3. 2. 4.

3796 ad S. Angeli in Formis iuxta ecclesiam in fundo Marchesani repperit Novius IANNELLI. Ab a. 1858 in museo Neapolitano.

INCOLA TIFATAE VE
NATIBVS · INCLVTA VIRGO
HAEC · LATONA · TVIS · STATV
IT · MIRACVLA · TEMPLIS
CVNCTIS · NOTVS · HOMO · SIL
VARVM · CVLTOR · ET · IPSE ·
LAVDIBVS · INMENSIS · VITAE ·
QVI · SERVAT · HONOREM ·
DELMATIVS · SIGNO · PRISCO
10 DE NOMINE · LAETVS ·
CREDO · QVIDEM · DONVM · NVL
LIS · HOC · ANTEA · NATVM ·
COLLIBVS · AVT · SILVIS · TAN
TVM CAPVT EXPLICAT VMBRIS
15 // / / / / / / / / / / / / / / / / /
// / / / / / / / / / / / / / / / / /
// / / / / / / / / / / / / / / / / /
// / / / / / / / / / / / / / / / / /
QVAE VERVM // / / / / / / / V/TI
20 // / / / / / / / / / / / / / / / /

Recognovi. Sideri in actis musei Neapolitani 29. Dec. 1856; Minervini Bull. Nap. N. S. 5, 44. 62; Novi notizie di alcuni scavi sul Tifata, Poliorama pittoresco XVII (1857) p. 253 et iscr. mon. e vico (1861) p. 21; Nissen Hermes 4, 157; Fiorelli cat. n. 1406.

14 VMBRIS certum est, nec potest legi, quod posse ait Nissenus, VMBRAE. — Post v. 20 num ali secuti sint, non satis appetit.

Incola Tifatae, venatibus inclusa virgo, haec, Latona, tuis statuit miracula templis cunctis notus homo, silvarum cultor et ipse, laudibus inmensis vitae qui servat honorem, Delmatius signo, prisco de nomine Laetus. credo quidem: donum nullis hoc antea natum collibus aut silvis tantum caput explicat umbris

Errore opinor carminis auctor v. 2 matris nomen in filiam transtulit. Qui dedicat Laetus agnominé Delmatius non recte habetur ab editoribus pro fratre fratrisve filio imperatoris Constantini.

3797 ad S. Angeli in Formis rep., est in museo Campano.

S · M · F · HERCOP

Descripsi ego, recognovit Duhnius. Iannelli Commissione di Caserta 1876 Apr.
Puto legendum esse Hercole d(at).

3798 in basi statuae cretaceae, rep. sub monte Tifatis versus S. Prisci.

SP · SVETRIVS · SP · F · H · D · D ·

Novi iscr. mon. e vico (1861) p. 30.

Antiquioris aetatis sit necesse est, cum cognomen deficiat et Spurii praenomen secundum consuetudinem aetatis liberae rei publicae usurpetur.

3799 [=3579] basis quadrata, rep. a. 1792 ad theatrum Campanum, unde traxit Daniele. Nunc Neapoli in museo.

in antica:

in latere:	H E R C U L I	in latere:
arbor	T V T O R I	clava
Hesperi-	s D O M V S	et
dum	N O V E L L I A N A	pharetra

in postica:

Hercules
cum leone
pugnans

Descripsi et recognovi. Ed. Daniele mon. di Capua p. 92 aeri incisam cum anaglyphis; Fiorelli cat. n. 1395. Henzen 5731.

3800 [=3580] litteris magnis et alte incisis. Capuae in ecclesia S. Benedicti IVC.; in pavimento D. Benedicti AVG. ACC.; similiter RELIQVI ANTIQVIORES. Ex ecclesia soc. Iesu venit ad Danielem DAN. Hodie Neapoli in museo. — Mediolani ROM. 195, citans Alciatum.

T E · T I B I ·

· V N A · Q V A E ·
· E S · O M N I A ·
· D E A · · I S I S ·

5 A R R I V S B A L

B I N V S · V C ·

Descripsi et recognovi. Exhibent codex Chigianus J. VI. 203 f. 47, Pontani opinor; Iucundus f. 146 (inde omnino P. Sabinus cod. Marc. f. 24. 247, cod. Ott. f. 97', fortasse etiam Bononius cod. Trai. f. 136, cod. Ott. f. 36' et Romieu f. 145 et f. 195'); Lilius f. 163; schedula inserta cod. Ambros. A. 55 inf. inter f. 4. 5; Sanutus f. 142; Augustinus cod. 3528 f. 45' et apud Peutingerum cod. Aug. 527 f. 81 et cod. Monac. 24 f. 26' (inde Apianus p. 136); Accursius X n. 13; Pighius cod. Luzac. p. 8, cod. mus. f. 21 et ab eo Smetius ms. Neap. p. 106, ed. 34, 13 (inde Waelscapple f. 63; Ligorius cod. Viscont. f. 46 et Neap. l. 35 p. 223 et Taur. 5; Manutius orth. 72, 4; male Grut. 82, 2); Metellus cod. Vat. 6039 f. 357' dans ex Nicotianis, emendans ad exemplum Morillonii; Gudius apud Grut. l. c.; Lipsius ms. f. 20'; Cittadinus cod. Vat. 5253 f. 354; M. H. Maza apud Mur. ms. 21, 231; Garigliano n. 40; Mazochi kal. Neap. I, 198; Granata stor. sacra di Capua (1766) 1, 263; Anonymus Verrilli (inde per schedas Ant. Zaccariae Marini cod. Vat. 9128 f. 15); Daniele apud Marinum cod. Vat. 9128 f. 15'; Welcker mus. Rhen. N. F. 3 p. 134 et kleine Schr. 3, 276; Avellinius et Minervinius inscr. mus. Borb. p. 69 n. 93; Fiorelli cat. n. 1396. Orelli 1874.

3801 Capuae in aedibus Franc. Antonii Thomasii.

: OVI · SACR
M · ENNIVS · V T I L I S

Garigliano n. 68.

3802 ara magna lapidis Tiburtini litteris magnis et pulchris. Extra Capuam in villa Tutuli.

a dextra:	in antica:	a sinistra:
corolla	corolla	corolla
MANES	SACR	IOVI
	postica ruditis	
	mansit	

Recognovi descriptam a Iannellio.

Fortasse ab altera parte sepulcrum fuit, ab altera ara Iovis; similem tamen titulum equidem nullum novi.

3803 Capuae in limine aedium quarundam privataram repperit architectus Angelus Verrillo IANN. Iam in museo Campano.

ti. claudi O · NERONE P · Q u i n c t i l l o u a r o e s u . c. 741
ANTISTIO · L · F · CAMPANO II · VIR · TI · POMPONIO · Q · BIVELLIO · A sic
ti. coccei VS · C · L · M · L · PAPA AEDIC · IOVI · LAR · EX · D · D

Recognovi. Minervini Bullett. Nap. N. S. 5, 98 (cf. 6, 16) a Gabr. Iannellio.

3 nomen dedicantis supplevit Minervinius ex n. 3962. Dixit de Cocceiis patronis Cavedonius Bull. Nap. N. S. 6, 47. Vocabulum Lar. cum Minervinius explevisset Larissaeo parum probabilit, Henzenus (Bull. dell' inst. 1857 p. 189) proposuit Iovi Laribus, recte opinor; nam neque copulae inter duo numinum vocabula omissae exempla desunt et coniunctio Iovis et Larum licet alibi fortasse non redeat (nam vol. III n. 3460. 3463 vix huc recte trahuntur), certe passim iunguntur Iupiter et Genius loci.